

3,350.

EXERCITATIO IVRIDICA

2250

QVAESTIONEM CONTINENS:

1768, 57

22

*Vtrum diuisio exceptionis non
numeratae pecuniae in priuilegiatam et
minus priuilegiatam defendi possit.*

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P.P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL. CVRIA
IN PROVINCIA SVPREMAE, IVDIC. LVSAT. INFERIOR. NEC
NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET ACADEMIAE
DECEMVIRO.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XIIIX. NOV. MDCCCLXVIII.

P V B L I C E . D E F E N D E T

IOANNES CHRISTIAN. CAROL. PARET

L I P S .

L I P S I A E

EX OFFICINA BREITKOPFIA.

EXERCITATIO IURIDICA

GAVRISTONIANA CONTINENS:

Naturam iuris, & successioneis non
institutae, & ceterae in præceptibus
imperiorum, & legibus, & consuetudinibus.

DE AIA

TRIBUNALIS IUDICIORUM ORDINIS AC COLONIATÆ

PRÆCETUS, & CONSULES, & CETERI MAGISTERIA

BELLUM, COITIO, SODERO

POPULI, ET CLAVIS, CATAPOLIS, MARTIUS, & CAVITATIS

IN TERRITORIIS, & VILLAGIIS HABENDA, & IN PRAECEPTIBUS NE

COILO, ETCETERA, TRIBUNI, & CONSULES, & CETERI MAGISTERIA

DE CONSTITUTIONE, & DIGNITATE, & PRAECESSIONE, & PRAECESSIONE

IN AVOCATIONE, & COLONIA

CONVENTUS, CHORALIA, CANTUS, VARLET

CONFUSIONES, & CETERA, & CETERA, & CETERA



qui cherchent à se rendre au delà de la mort
sont entre ELECTEURS, OPIUMS
AU VENOM
et le plus animé et le plus actif
bien que l'opium soit un des plus puissants
monstres de la nature.
MONSIEUR
LE COQ
COLONEL ET COMMANDANT
DU REGIMENT DE PRINCE CHARLES
INFANTERIE AU SERVICE DE SON ALTESSE
ELECTORALE DE SAXE ET CHEVALIER DE
L'ORDRE DE LA CROIX DE S. LOUIS POUR
LE MERITE MILITAIRE.

MONSIEUR!

MONSIEUR

LE COE

COTONNIER ET COMMISSIONNAIRE
DU REGIMENT DE PRINCE CHARLES
INFANTERIE AU SERVICE DE SON ALTESSSE

*J'ose VOUS offrir le premices
de mes etudes. Daignés
les regarder aussi gracieusement que
VOUS regardés le Zéle de ceux
qui*

qui cherchent à se rendre utiles de servir notre ELECTEUR. Ce qui m'y a le plus animé c'est la faveur particulière que VOUS m'avés fait l'honneur de m'accorder et dont je reconnoîtrai toute ma vie le prix infini. Je renferme dans un profond silence les sentimens de respect et d'admiration que j'ai pour VOTRE merite si connu à tout le monde et sur tout à notre chere Patrie qui VOUS a particulièrement des obligations infinies. Je me borne à VOUS assurer que je ferai de

mon



mon mieux pour me rendre digne de la
gloire que j'ambitionne d'etre avec une
trés grande vénération et un trés pro-
fond respect.

Monsieur

VOTRE

a
Leipzig
le xxix Nov.

MDCLXVIII.

trés-humble et trés
obéissant Serviteur.

JEAN CHRETIEN CHARLES PARET.



§. I.

N on solum per actionem, sed etiam exceptionem nostram defendimus causam; in exceptionibus enim *l. 19 ff. de probat:* dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere, ipsumque exceptionem velut intentionem implere. Quemadmodum vero actionibus certus terminus, intra quem institui possunt, praescriptus dicitur, ita etiam quaedam exceptions ad certum temporis spatium restrinquentur. Exinde evenit, ut exceptions temporales, et perpetuae dicantur, quarum diueritas ex eo potissimum dependet, vtrum per modum actionis in iudicium deduci queant, quippe, in quo casu cum reo sit imputandum, cur sibi non prospexerit, et iura conservaverit, exceptions, elapso tempore, vim, et, efficaciam penitus amittunt, cum econtrario, si reus iudicium actoris, eiusque prouocationem expectare teneatur, nullo extinguantur tempore.

A 2

§. II.



§. II.

Inter exceptiones temporarias non ultimum locum obtinet exceptio non numeratae pecuniae, quam debitor a creditore ex chirographo conuentus, opponit, intentionemque repetendi sortem elidit. Chirographum dum adpello, quodlibet intelligo documentum, in quo debitor vere acceptam profitetur pecuniam, seque ad eius restitutionem obligat: nec respicio ad contractum, quem Doctores inter litterales referunt, et specialiori nomine contractus chirographarii insigniunt. Inepita etenim mihi videtur notio, debitorem ex scriptura, in qua sub spe futurae numerationis confitetur mutuum, elapsu biennio, valide teneri, quamvis nihil acceperit. Dolendum est, quod animi iuuenium detorqueantur in pertractanda materia, quae nec ex ratione, nec ex analogia iuris defendi potest. Iniquum sane, est creditorem admittere ad petendam rem, circa quam ipsi nullum competit ius; defendimus tali actione malam fidem, et dolo creditoris, qui ad scribendum chirographum facili negotio induxit debitorem, suppeditamus occasionem, quae tamen quoconque modo, cum dolus nemini praefert patrocinium, est fugienda. Praesidium equidem inuenisse credunt in titulo institutionum de litterarum obligationibus, ad quem anxie prouocant, sed legendo et perlegendo nihil inuenies, quod causae vulneratae medelam afferat. Unica quaestio quam Imperator proponit in eo consistit, vtrum debitor creditori, qui ex scriptura agit, et promissum petit, exceptionem non numeratae pecuniae opponere posset. Negat hoc ex ratione satis adaequata, quia scilicet exceptio illiquida executionem debiti, ex confessione scribentis liquidam, non potest impedire. Nil igitur aliud agit Imperator, quam ut modum celeriore exequendi mutuum demonstret, non vero excludat debitorem ab actione, quae ob malam creditoris fidem sepa-

in priuileg. et minus priuilegiatam defendi posse. 5

separato processu tractari potest. Sic nihil inuenies noui, cum ex natura et inde processus executui, quem ex documento quarentigatio instituimus, exceptiones in alterius indagine consistentes, non attendantur, sed per modum reconventionis, vel separatae actionis, quatenus vel connexitas causae, vel nulla adest, tractari debent.

§. III.

Nihil equidem de hac materia, quae suo tempore nobis prolixiori Stylo erit peragenda, dicamus. Sed unicum tantum in praesenti inquiramus, vtrum nempe iuri et analogiae conueniens sit diuisio, quam Doctores inter exceptionem non numeratae pecuniae priuilegiatam, et non priuilegiatam, proferunt, et an debitor conuentus elapsō tempore hac exceptione contra chirographum pariter, quam apocham vti queat.

§. IV.

Distinctionem ut inter ius ciuile et Saxonum adhibeamus, necesse est. Primo itaque videamus, quid disponat Ius ciuile, Illi qui exceptionem non numeratae pecuniae adhuc, elapsō biennio, contra chirographum admittunt, partim ex aequitate, partim ex analogia iuris argumenta desumunt. Illicitas exactiones nullum habere effectum, nemo est qui dubitabit, potissimum cum nec ex iure naturae, nec ciuili contrarium probari possit, ait enim *Ulpianus l. 6. ff. de officiis Praefid. Illicitas exactiones, et violentia factas, et exortas metu venditiones, et cautiones, vel sine praeenumeratione factas prohibeat Praeses provinciae, ne quis iniquam lucrum aut damnum sentiat.* Quae vero exactio est iniquior, quam si reus probare volens, pecuniam sibi numeratam non esse, non audiatur; potis-

6 *Vtrum diuisio except. non numeratae pecuniae*

sumum cum bienni lapsus non videatur plus adimere debitori, quam quod ex biennio prius habuit, biennium vero solummodo tribuit debitori immunitatem probationis. Quam ob causam HARBRECHT ad tit. Inst. de litter. oblig. num. 30. Iudicem conscientiae scrupulo commotum hanc sententiam tanquam communiam, et aequiorem in iudicando sequi debere statuit, et SCHVLTZ in Inst. ad tit. de litter. oblig. litt. a. ICtos Wittebergenses in has partes abiisse testatur. Nec obstat, quod debitor, qui intra tempus praescriptum cum agere potuerit, exceptionem eam per separatum querelam in iudicium non deduxerit, cum creditore transegisse, et huic exceptioni renunciassc, videatur. Partim enim renunciatio, quae in facto consistit, non praesumitur, cum ea tantum praesumi liceat, quae sunt iuris, partim si etiam tacite pactum celebratum dici posset, hoc tamen non valeret, cum praefet patrocinium dolo, de illo autem pacisci l. 23 ff. de R. I. l. 27. §. 5. de paſt. l. 5. ff. de paſt. dot. prohibent, nec meretur applausum distinctio inter dolum praeteritum, et futurum.

§. V.

Analogiae iuris, et conuenientem esse hanc opinionem ex diuersis probare conantur argumentis. Primo adffirmant creditori intra biennium duo incumbere, vt liberet eum, qui schedulam scripsit, a confessione, et vt ei reddat cautorinem. Tempus vero non esse modum inducenda, vel tollendae obligationis, ex verbis legis 41. §. 1. ff. de O. et A, placet enim ad tempus obligationem constitui non posse probant, et inde concludunt, post biennium exceptionem ab eo posse opponi, qui paratus est suscipere onus probationis. Aliud defendenda causa remedium desumunt ex eo, quod biennium in favorem debitoris, vt eo ipso onus probandi removat,

veat, sit constitutum, cum, antequam introductum fuerit
hoc spatium, probatio exceptionis debitori incumberet, qui
ius creditoris liquidum, et nulli dubitationi expositum elide-
re volebat; Quod si autem debitor hoc beneficio non vtitur,
quod ipsi liberum; cum quilibet favori pro se introducto
renuntiare possit, ad regulas processus communis eundem
recte prouocare colligunt, beneficium enim, quod personae
datur, eandem ab exercitio iuris communis nunquam exclu-
dit. Ultimo loco prouocant ad l. 30. ff. de reb. cred. Vbi Pau-
lum ita differentem audimus. Qui pecuniam creditam acceptu-
rus spopondit creditori futuro, in potestate habet ne accipiendo se
ei obstringat. Ex quibus verbis sequentem rationem colli-
gunt; debitorem, qui non accepit pecuniam, nullo tempore
esse obstrictum, sed post biennium probare debere, se pe-
cuniam non accepisse, quia tunc eius confessio vires accipit,
ergo ad probationem contrarii, quod confitetur creditor per
chirographum, eundem esse admittendum; potissimum quod
lapsum biennii tantum inducat praesumptioni iuris, quae per
probationem in contrarium elidi potest, eandemque senten-
tiam et Accurius agnoscit quam sequitur Bart. in l. 3. C. de
non num. pecun.

§. VI.

Alii media inedunt via, Negant equidem exceptio-
nem non numeratae pecuniae, elapo biennio, debitori com-
petere, et distinctionem in priuilegiatam, et non priuilegia-
tam, prorsus negligunt; nihil minus tamen exceptioni doli
specialis esse locum adsimilant. Quorum opinioni patrocini-
um praestare videtur Paulus in l. 5. §. 6. ff. de Dol. mal. et
met. except. Non sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam
exceptio eodem tempore danda est; nam haec perpetuo competit,
cum actor quidem in sua potestate habeat, quando utatur suo iure,
is

8. *Vtrum diuisio except. non numeratae pecuniae*

is autem, cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conuenientur. Cum qua sententia et conuenit Labeo l. i. §. 6. ff. de dolo malo. qui restitutionem in integrum, non obstante, quod remedium ordinarium competierit actori, permittit, si dolus malus admissus fuerit, ut tempus exiret. Ex auctoritate itaque potissimum legis prioris apparet, exceptionem doli specialis esse perpetuam, quae nullam praescriptionem admittit. Decisiones Imperatoriae vero, quae non numeratae pecuniae exceptioni certum determinant spatium, doli non faciunt mentionem. Quod si itaque lex correctoria strictissimam desideret interpretationem, cum l. 14. ff. de legib. id quod contra rationem iuris receptum est, non sit producendum ad consequentias. Argumentum ab exceptione non numeratae pecuniae desumptum, ad exceptionem doli mali specialis trahi non potest, et ex eadem ratione aduersariorum sententia, quam de posteriori exceptione defendunt, applausum promereri videtur: Cui accedit, quod omnis prae scriptio in regula desideret bonam fidem ex persona eius, qui exinde lucrum querit. Ast quomodo defendere se poterit creditor, qui id, quod vere non dedit, repetit, et impia fraude debitorum ad restitutionem eius, quod non debebat, compellit. Optime hoc perpendit Imperator l. 13. C. de non num. pec. Generaliter ait, sancimus, ut si quid scriptis cautum fuerit pro quibuscumque pecuniis, ex antecedente causa descendantibus, eamque causam specialiter promisor edixerit, non iam ei licentia sit causae probationem stipulatorem exigere, cum suis confessionibus adquiescere debeat, nisi certe ipse e contrario per apertissima rerum argumenta religionem iudicis possit instruere, quod in alium quemquam modum, et non in eum, quem cautio perhibet, negotium subsequutum sit. Matus rei pondus addere poterit l. 14. C. d. t. vbi Imperator Iustinianus, qui, ne exceptio non numeratae pecuniae elapsi biniennio opponi debeat, cauet, regulae generaliter propositae limi-

limitationem adiungit his verbis. *His scilicet, qui propter alias causas specialiter legibus expressas, etiam elapsō quinquennio, in praeteritis temporibus adiuuabuntur, etiam in posterum, tunc biennium pro quinquennio statutum est, eodem auxilio potituris.* Dum itaque Iustinianus alias causas legibus expressas, a praescriptione biennii eximit, in aprico positum videtur, exceptionem doli specialis, quam leges perpetuam effecerunt, ad hanc praescriptionem non pertinere, sed legem de sola exceptione non numeratae pecuniae esse intelligendam. Adstipulatur et huic sententiae BERGER in Oeon. Iur. Lib. III. T. V. §. 4. not. 7. WERNHER. Obs. For. P. I. Obs. VI. P. II. Obs. 355.

§. VII.

Sed quicquid aduersarii ad confirmandam causam affrunt, probationem adaequatam, et iuri conuenientem non efficit. Negamus creditorem, qui ex chirographo debitorem conuenit, illicitam suscipere exactionem, negamus pariter sentire damnum debitorem, qui elapsō biennio ad probationem exceptionis non numeratae pecuniae non admittitur. Sufficit debitorem sciuisse vel scire debuisse, leges hanc exceptionem ad certum restrinxisse terminum, quo praeterelapso vis excipiendi penitus deficit. Quod si itaque debtor intra hoc temporis spatium non egerit, vel animo donandi agnouisse debitum praesumitur, et sic cessat repetitio, cuius enim l. 53. ff. de R. I. per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est, vel negligens fuit, et sibi legitimo modo non prospexit, quo facto de iniestate frustra querelam mouet, cum iuolenti non fiat iniuria, et damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non videatur. Si enim aliquis tali modo obuersari iniquitatem existimaret, omnis sane prae-

B

scri-

scriptio foret inutilis, cum is, qui a dominio rerum suarum, vel excreitio iuris excluditur, praeiudicium sentiat, et praescribens ex eius damno percipiat lucrum, imo nec poena confessi et conuicti posset habere locum, quia reus eodem modo ad soluendum potest adigi, quod tamen non debebat. Consideremus potius praescriptionem biennii, tanquam poenam negligentiae, quae cum semel sit determinata, nisi leges aliter sentiant, ex arbitrio nostro, nec tolli, nec restringi potest. Neque obstabit, quod lapsus biennii tantum inducat presumtionem iuris, quae tamen probationem contrarii admittit. Distinguendum enim est, vtrum creditor ante biennium, vel eo iam finito, actionem instituat: in priori casu adest presumptio, qua propter exceptio non numeratae pecuniae admittitur; ait in posteriori debitum non presumitur, sed vere existit, hinc debitori, qui contra evidentiam facti liquidi excipit, nulla habenda fides.

§. IIX.

Multo minus applausum meretur opinio, secundum quam exceptionem doli mali competere dicunt debitori, qui exceptione non numeratae pecuniae amplius ut nequit. Non equidem negamus, hanc exceptionem competere illi, quem alter ex contractu, scriptura celebrato, iniquo modo conuenit, cum in contractibus *l. 1. C. plus val. quod agitur, quam quod simul: concipitur et l. 9. C. de contr. Emt.* veritas potius, quam scriptura perspicie debeat, sed an in praesenti casu locum habeat, merito dubitamus. Expediti nempe iuris est, exceptionem doli sub exceptione non numeratae pecuniae contineri. Creditor etenim qui a debitore sciens exigit debitum, quod, si ex bona fide agere vellet, petere non

non poterat, in dolo versatur, cum lege 79. ff. de R. I. *Fraudis interpretatio in iure ciuili non ex eventu dunitaxat, sed ex consilio quoque desideretur.* Leges exceptionem non numeratae pecuniae nolunt esse perpetuam, sed certum temporis spatium, ad quod effectum habere debeat, determinant, eo ipso exceptionem doli restringunt, eidemque temporis spatio adstrictam cupiunt, exinde fit, ut exceptio doli, quae in se si consideretur, est perpetua: relativae i. e. respectu habitu ad chirographum, fiat temporalis. Quae cum ita sint, impiam committeret fraudem is, qui elapso binnio debitori exceptionem doli specialis tribuere vellet, cum tali ratione exceptio non numeratae pecuniae praescriptioni nunquam esset subiecta, quod tamen regulis iuris plane contradicit.

§. IX.

Argumentum in contrarium efficere quidem videtur lex in §. 6. citata 3 C. de non num. pec. secundum quam Imperator debitoribus ex iusta causa ultra biennium subuenit. Sed accurate perpendere si velis legem, inuenies sententiam alienam, et ad exceptionem doli minime applicandam: Omnis vis interpretandi consistit in verbis, propter alias causas legibus specialiter expressas. Ad illas potissimum referuntur eae, propter quas Praetor, si deficiat remedium ordinarium, laeso succurrit, et restitutionem in integrum promittit, in eo enim casu cessat praescriptio, quoties dolus, vel culpa ex parte, eius contra quem praescriptio mouetur, deficit. Exinde fit, ut absens contra praesentem, qui praescriptionem opponit, valide se defendere, et eius petitio claudere possit, clausula enim Praetoris l. 1. ff. *Ex quib. cauf. maj.* Si qua alia mihi iusta causa videbitur, hoc demon-

12 *Vtrum diuiso except. non numeratae pecuniae*

monstrat: et Vlpianus, qui interpretem edicti gerit l. 26.
§. 8. ff. d. t. mentem Praetoris per verba: generaliter, quoties-
cunque quis ex necessitate, non ex voluntate ab fuit dici opotere ei
subveniendum, probat. De hac itaque causa egisse Imper-
atorum in l. 3. exinde colligimus, quoniam eadem pre-
scriptioni non erat obnoxia, sed per leges specialiter exem-
ta, tales vero causas ad biennium non esse restrictas, ipse
disertis verbis profitetur.

§. X.

Explosa itaque opinione aduersariorum, verior, stabit
sententia, diuisionem exceptionis non numeratae pecuniae
in priuilegiatam et non priuilegiatam iure ciuili nullius esse
momenti, sed elapsō biennio vim excipiendi deficere.
Cuius rei gratia prouocamus ad l. 8. C. de non num. pec. in
qua Imperator querelam seu exceptionem non numeratae
pecuniae, definito legis tempore, non praesuppositam euane-
scere contendit: et in l. 14. C. d. t. initio Iustinianus expresse
ait. *In contractibus, in quibus pecuniae, vel aliae res numeratae,*
vel datae esse conseribuntur, non intra quinquennium, quod ante con-
stitutum erat, non numeratae pecuniae exceptionem obiciere possit,
qui accepisse pecuniam aut alias res scriptus fit, vel successor eius,
sed intra solum biennium continuum: ut eo elapsō, nulla querela
non numeratae pecuniae introduci possit. Eandemque sententiam
eatenuis iure Nouellarum extendit, vt secundum Nov. 136.
c. 6. Debitor elapsō biennio, ne quidem creditori super
hac exceptione iusurandum deferre queat: ait enim, *nam*
si id quoque tempus praeterire contigerit, neque iure iurando ipsos
gravamus. Generaliter dictum generaliter quoque est inter-
pretandum, et deprehendendi sane sunt illi, qui lege non
distin-

distinguente, nouam suppeditant distinctionem, praesertim cum videant, Nouellam, elapo biennio, denegare iuramenti religionem, quae ex regulis iuris communis ad species probationis refertur. Illustrauit hanc sententiam Vir summe reuerendus atque Magnificus HOMMELIVS raphsodia 201. et argumenta quae a tanto viro expectari possunt, summa addidit.

§. XI.

Obiici forsan posset, quod debitor, elapo biennio, ad diffessionem iuratam sit admittendus, eo ipso vero dum diffitetur chirographum, acceptam pecuniam negat; qua ratione itaque hunc suscipit actum, eadem et ratione probatio non numeratae pecuniae ipsi concedenda, potissimum cum iuramentum sit modus probandi subsidiarius, ad quem si alia dantur media, non facile prouocamus. Sed respondeamus, a iurata diffessione ad probationem exceptionis non numeratae pecuniae non valere argumentum, cum inter vtrumque diuersitas intercedat; si quis enim diffitetur chirographum, iurat se nec scripsisse, nec subscrispsisse, multo minus ab alio sua voluntate chirographum scriptum, vel subscritum esse, ast si opponit exceptionem non numeratae pecuniae, profitetur quidem scripturam, numerationem vero pecuniae negat, quod cum de scriptura constet, elapo biennio, fieri nequit.

§. XII.

Sed quid sentis de milite cui, leges singularia concedunt priuilegia. Scimus enim ex communi Doctorum opinione eum ad ignorantiam iuris posse prouocare. Quod si itaque hoc priuilegio munitus, elapo biennio, exceptionem

14. *Vtrum diuisio except. non num. pec. in priuileg. etc.*

non numeratae pecuniae opponat, an sit audiendus: Negatiuam amplectimur sententiam, partim enim priuilegium ignorantiae, quod militibus impertiri solemus, lege certa, et speciali non est confirmatum, partim si etiam illis competeteret, in praesentiarum beneficium efficere non posset, quoniam minoribus, quorum tamen iura maiorem merentur fauorem, non indulgemus: ait enim Imperator l. 8. C. de non num. pec. *Sin vero legitimum tempus excessit, omni modo hres eius, etiam si pupillus sit, debitum soluere compellitur.*

§. XIII.

Ex iure Saxonico ut aliquid addamus non est necesse. Satis clare enim hac de re disponit Decisio nouissima 23. d. a. 1746. secundum quam distinctio fit, vtrum probatio nem exceptionis non numeratae pecuniae per testes, et iuramenti religionem, vel documenta debitor suscipere velit. In priori enim casu quinquennium praescribitur, quod vero in posteriori cessat, cum quounque tempore eandem probationem eligere possit.



Leipzig, Diss., 1768 R2

X 241 7957

ATIO IVRIDICA

NEM CONTINENS:

*o exceptionis non
iae in priuilegiatam et
giatam defendi possit.*

Q V A M

VM ORDINIS AVCTORITATE

A E S I D E

TTLIEB ZOLLERO

DR. MARTISBURG. CAPITVL. CVRIA
IAE, IVDIC. LVSAT. INFERIOR. NEC
RID. ASSESS. ET ACADEMIAE
DECEMVIRO.

ORIO ICTORVM

NOV. MDCCCLXVIII.

E D E F E N D E T

SEIAN CAROL

STIAN. CAROL. TAREI

L I P S.

P S I A E
INA BREITKOPFFIA.